

autem facultas erat archiepiscopo recedendi a loco prae tumultu armorum, unde respondit mansuete Inter alia autem quae in appellatione continebantur, una causa legabatur, quod fratres militiae templi, quos papa cremari mandasset, dixerunt se immunes de criminibus impositis et in signum miraculi suae innocentiae pallia ipsorum cum signo crucis exustionem nullam senserunt, nec corruptionem. Ad quem archiepiscopus: Sitis bona mentis, inquit, ego aliqua bona scribam pro vobis papae. Et ita factum est. Ad scripta enim archiepiscopi rescripsit papa, et commisit ei inquisitionem fieri. Ex qua commissione

obiici, quae in privato designarent, quod ipsis sane esset gravissimum et intolerabile: maxime quod non ordinarie auditi nec convicti condemnarentur. Quare coram ista Patrum congregatione se appellare et provocare ad futurum Pontificem eiusque universum clerum: publice quoque protestari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi essent et combusti, constanter pernegasse, se quidquam eorum designasse atque in ea confessione tormenta et mortem perpassos. Immo Dei Opt. Max. singulari iudicio et miraculo eorum innocentiam comprobata, quod albae chlamydes ac rubricatae cruces igni non potuerunt absumi. Archiepiscopus teras in manu et cum his verbis dedit episcopo) quam nos adversus hunc Clementem interposuimus, ad futurum sub proximo Patrum concilium, hic iam velitis praesentis clero publicare. Nam Episcopus Pontificem torvo comitis Hugonis vultu minacique voce et praecipue tot aristatis viris vehementer territatus blanditer comiterque respondit, id se diligenter curaturum. Addit Hugo: At iam ... Quare sine mora ... appellatorem comitis et confratrum eius, quae continebat prolixas causas argumentaque defensionis Templariorum legi et publicari iussit, Miraculo autem probatum eos innocentes fuisse, nam